

1158, desembre, 21

Ponç de Flaçà defineix a Sant Daniel i a la seva abadessa Ermessendis, un home seu, de nom Bernat Esteve, per 12 sous.

ASD núm. 28, perg. orig., 167 x 210 mm.

Sit notum cunctis quoniam ego Pontius de Flociano diffinio et euacuo domino Deo et Sancto Danieli in manu Ermessendis abbatisse eiusdem laci et in presentia Arnalli de Lercio et filii eius Arnalli et Guilielmi de Palagreto et Guilielmi Sancti Martini et Bernardi de Dalle Milia et Ermengaudi de Colonico et Borrelli iudicis et aliorum multorum virorum quendam hominem nomine Berengarium Stephani cum uxore sua et infantibus suis et omnem eorum posteritatem tam presentem quam futuram, et recognosco eos omnes iuris esse Sancti Danielis. Supradictam diffinitionem fado tali modo ut ab hac hora inantea ego supradictus Pontius de Flociano nichil requiram nec aliquis per meam uocem in eorum personis requirat, sed solidi et liberi predicti cenobii Sancti Danielis, sicut superius scriptum est cum anni eorum posteritate; et ut firmissimum robur obtineat, accipio pro hac definitione solidos .XII. ex manu Ermessendis, prenominate abbatisse.

Actum est hac .xrr. kalendas inauarii anno .xxn. regni Leduici regis iunioris.

Sig+num Poncii de Flociano, qui hanc difinicionem fado, firmaui firmarique rogau. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Arnalli, filii eius. Sig+num Guilielmi de Palagreto. Sig+num Guilielmi Sancti Martini. Sig+num Bernardi de Uallemilia. Sig+num Ermengaudi. (*s. man.*) Petrus Borrelli, sacrista et iudex*.

(*s. man.*) Arnallus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 111-112